

cis quidem vitiosissime. Exstant in eo 1) Liturgia S. Virginis, arabice, usque ad f. 19 v. 2) f. 20 v. — f. 34 v. Alia Liturgia ejusdem, it. arabice. 3) f. 35 r. — f. 42 v. Turcica ἀκέφαλα, Orationis dominicae finis, Ave Maria, Symbolum apostolicum (ubi in articulo de Ecclesia est: Sanctam Ecclesiam catholicam, christianam et romanam), preces variis diei partibus recitandae. 4) f. 43 r. — f. 45 v. Alia Liturgia S. Virginis, arabice. 5) f. 45 v. — 47 r. Preces pro salute regni, turcice. 6) f. 64 r. Preces ad J. Chr., ab initio truncatae, arabice. 7) f. 64 v. — f. 115 v. Septem meditationes de morte, totidem de resurrectione et iudicio, totidem de paradiso et inferno, praecepta moralia et preces in Ecclesia, dum S. Missa celebratur, legendae, turcice. 8) f. 116 r. — f. 124 r. Preces variae, Oratio dominica, Salutatio angelica, Symbolum Nicaenum (ubi in articulo de Spiritu S. est: qui ex Patre procedit, et in articulo de Ecclesia: Et unam catholicam, sanctam et apostolicam Ecclesiam), aliquot Psalmi, arabice. 9) f. 136 r. — f. 144 v. Preces, ab initio truncatae, turcice. Fol. 1 v. picta est Annunciatio et Conceptio, et fol. 135 v. Christi supplicium. Cetera vacant.

No. 80. Cod. turc. foll. 280, 4^o min., char. diwani scriptus, continens versionem turcicam voluminis posterioris operis historici *Djanābii* (vid. d' Herb. s. v. *Gianabi*) a *Muhammed Efendī el-Ghobārī* factam. Recensentur dynastiae muhammedanae (etiam eae, quae recentius religionem muhammedanam amplexae sunt) in Asia, Africa et Hispania exortae, earumque historia diligenter enarratur usque ad aetatem Muradi III (regn. a Chr. 1575—1595). A Muhammede ipso exorsus, in historia Regum Ardebilensium desinit. Post foll. 1 et 2 aliqua exciderunt. Cod. abs. A. H. 1046 (Chr. 1636—7).

— 81. Cod. arabico-turcicus foll. 458, 4^o min., char. neschi scriptus, vocalibus ab initio additis, sed paullatim deficientibus, continens corpus juris muhammedani, quod *Wegājah* inscribitur, ita ut post singulas sententias arabicas posita

sit versio vel paraphrasis turcica. Desunt prima octo folia. Cf. Cod. 145.

No. 82. Cod. turc. foll. 210, 4^o, char. neschi scriptus et vocalibus instructus. Insunt 1) *Mifhā' el-djenneh*, Clavis paradisi, idem opus quod Cod. 42 exhibet, sed in hoc nostro integrum. 2) *Munād jāthi-Mūsa*, Colloquium Mosis cum Deo in monte Sināi habitum. Cf. Cod. 159 in fine. 3) Traditio de Edriso s. Henocho Propheta. 4) Traditio de martyrio S. Georgii (*Djirdjis*), qui a Muhammedanis inter prophetas refertur. 5) Narrationes fabulosae e libro *Adjāib-el-machlūqāth* excerptae, de Adamo Protoplasto, de sepulcro Davidis, etc. 6) Miscellanea turcica prosaica et poëtica. 7) *Kithābi-meschrūāth* ex arabico turcice versus, de precibus per totam hebdomadem peragendis aliisque precum speciebus earumque praemiis, decem capitibus. 8) *Tho' hfeth-el-fogarā*, e libro arabico *Mewlānā Schems-ed-dīn Fanārīi, Arkāni-salāth* inscripto, turcice versus, de primis duabus religionibus externis, precibus et purificationibus. 9) Fabulosa quaedam et cabalistica.

— 83. Cod. turc. foll. 177, 4^o, char. neschi scriptus, *Theḍkireth-es-schoārā we-thebfireth-ennozhamā*, auctore *'Abd-el-latīf* s. *Latīfī* (fol. 1 r. in inscriptione ab alia manu adjecta appellatur *Mewlānā Latīfī es-schehīr bi-'Abd-el-latīf*), Historia et censura poëtarum turcicorum fere trecentorum, qui ab initiis poëseos inter Turcas coli coeptae regnante Sultano Murado II (Chr. 1421—51), usque ad A. H. 953 (Chr. 1546—7), quo exacto liber absolutus est, exstiterunt. Prima libri pars est de magnis poëtis mysticis; secunda de iis Sultanorum Othmanicorum, qui versibus faciendis operam dederunt; tertia, ordine alphabetico, de reliquis poëtis. Versibus alienis, speciminis causa excitatis, auctor saepe similes a se ipso scriptos subjunxit. Cod. script. in urbe Erzerrum A. H. 983 (Chr. 1575—6).

— 84. Cod. turc. foll. 68, 8^o maj., char. diwani scriptus, *Nethāidj-el-funūn*, auctore *New'ī Efendī*, Compendium encyclopaedicum duode-